Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



VI

int' vi et vx. Et si nunc et
sic intelligi potest. ex. d' temp.
cum quidam. Sed eo mortuo
successor dispensat ut in c. con
sultacionem hec. hos. ti. vi. de
temp. or. Sciendum autem quod 4or
casus in quibus dispensacio omnino
est prohibita nisi pape. Unus
est in eo qui se fecit bis in
eodem ordine ordinari 1 q. 1
Saluberrimum. Secundus in eo
qui se fecit bis baptizari
de quo canon dictum est supra
4o libro et 1 q. vlt. Et per similem
etiam habetur de canon primo
Tercius casus est in eo qui
se a symoniaco fecit promo
veri 9 q. 1 ab excommunicatis
de quo habetur 1 li. vii. ti.
de symo. Quartus est in
eo qui ad subversionem fidei
hereticis adhesitat in ecclesie
contemptum et se ab eis
ordinari fecit 1 q. vii con
venientibus de quibus vide
supra ti. tercio. articulo tercio
Unde versus Si bis ordo
datur seu baptismus repeta
tur Sine ut vertatur fidei
status ordo petatur vel si
prestatur utrumque symon ope
ratur ut dispensetur spes
nulla prorsus habetur.

De Qualitate ordinandorum

Deinde considerandum
de Qualitate or
dinandorum Quales
autem esse debeant
docet apostolus 1 ad thi. 3o Oportet
inquit episcopum irreprehensibilem
esse unius uxoris virum pruden
tem pudicum ornatum hospi
talem doctorem non violen
tum non percussorem sed mo
destum non litigiosum non
cupidum sue domui bene
prepositum non neophitum licet
autem apostolus istam regulam
in episcopo posuit secundum tamen
Augustinum et Ambrosius est ex
tendenda etiam ad alios
ordinandos. 82 dis. Cognos
camus de unoquoque ergo
casu regule predicte per or
dinem sigillatim summarie
sunt dicenda et querenda
licet dici possent plurima. Cir
ca primum queruntur plura scilicet
utrum in ordinando requiratur
quod sit irreprehensibilis sine
crimine. Respondeo quod sic ut
ait apostolus ad thi. 1 Quia in
mortali constitutus promo
veri non debet. ex. de
temp. or. ex tenore. Utrum
aliquis in peccato mortali
existens possit sine peccato uti
ordine accepto. Respondeo lex
precipit ut homo iuste ea
que sunt iuste exequatur
et ideo hoc quod sibi convenit
ex ordine facit indigne
quod iustum est in iuste exequi
tur et contra preceptum legis
facit ac per hoc mortaliter pec
cat. Quicumque autem cum pec
cato mortali aliquod officium
sacrum pertractat non est
dubium quin indigne hoc
faciat unde patet quod mor-